The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beneficiencia siue beneficium ab

cum fonte primo

Tacite danda sunt beneficia ←
ut notat sint solis quibus prosunt.
Interdum eciam ipse qui iuuatur
fallendus est ut habeat, nec a quo acceperit sciat.

Seneca ibidem (II. de beneficiis).

→ Praecipiunt itaque omnes auctores sapientiae quaedam beneficia palam danda, quaedam secreto: palam, quae consequi gloriosum, militaria dona aut honores
et quidquid aliut notitia pulcrius fit; rursus, quae non producunt nec honestiorem faciunt, sed succurrunt infirmitati, egestati, ignominiae,
tacite danda sunt,
ut nota sint solis, quibus prosunt.
Interdum etiam ipse, qui iuuatur,
uel fallendus est, ut habeat nec a quo acceperit.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 2.9-10.2-1 (F. Préchac ed., vol.1, p.32).